omnem legis ordinem, cum quo competit talia & diſcere, & judicare. Novimus igitur apud Papinianum ſapientiſſimum, dictum in decimo nono [1] libro ejus quæſtionum, ubi permittit alienationes in tali caſu: illud ſolum velut ex ſtudio in ægnimate proponens, ut tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad ſolvendum fideicommiſſum, ex ſtudio [2] qui hoc oneratus eſt, ad alienationem venit. Et tanquam philoſophatus inter Imperatores Marcus, tali quodam propoſito caſu, viri boni arbitratum videri ineſſe talibus verbis diſpoſuit.

CAP. I.

NObis [3] ergo recte viſum eſt, hanc ita diſponere legiſlationem, ut ſi quidem univerſaliter aliquis dicat reſtitutionem fideicommiſſi: hæc tenere quæ in talibus decreta ſunt & a nobis jam ſancita. Sin vero tale ſit fideicommiſſum, quale ſubjacet: & ea quæ inveniuntur ſeu remanent in tempore mortis, teſtator ſubmittat ſola in fideicommiſſum: tunc indefinite dictum prioribus, ſub quadam legitima deducere diviſione & ordine. Si quis enim hæc, aut etiam aliquid aliud tale dixerit: ſancimus usque [4] ad Falcidiam ſolum ſuæ inſtitutionis neceſſitatem habere ſervare eum qui oneratus eſt fideicommiſſi reſtitutione, & non poſſe aliquid penitus ex illa minuere ſufficiens exiſtens: ſed heredi quidem ſuperſint tres partes, illi autem quartæ ſolius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei qui gravatus eſt, etiam donationibus [5] uti aliquibus, & forſan ex ſtudio (quod Papinianus [6] dicebat) intervertendi fideicommiſſi cauſa, ut etiam quarta minuatur inſtitutionis ejus: ſed hoc omnino relinquere fideicommiſſum: aliis omnibus in ejus poſitis poteſtate: & licentiam habere eum his ſicut voluerit uti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero & ipſam quartam is qui gravatus eſt, contingat: neceſſarium eſt perſcrutari cauſam ſecundum quam hoc egit: & ſi quidem aut dotem [7] voluerit dare, aut ſponſalitiam largitatem, aliam non habens ſubſtantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet quod noſtra continetur jam lege, in qua ei omnino non negavimus talem deminutionem. Si vero & in captivorum redemptionem (hanc enim excipimus, & dicamus Deo cauſam) & hoc licentiam eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis pretioſius videtur.

CAP. II.

SI vero contigerit neque ipſum habere ex aliquibus cauſis unde faciat expenſas, ex tali reſtitutione, etiam has facere, damus ei licentiam: (hoc quod & teſtator permiſit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad reſtitutionem trahi, & quaſi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei reſtitutionem fieri. Si autem nulla talis ſubjacet occaſio, neceſſitatem habere omnino quartam partem propriæ inſtitutionis ſervare, & tali & aliis reſtitutionem donare. Si [8] tamen aliquid expenderit, habens unde ſupplementum faciat: ex illo ſuppleri quartam, & per nullam cauſam hanc minui. Si vero contigerit quartam, & non habeat ad ſupplementum aliam ſubſtantiam: tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem & hypothecas ex autoritate hujus legis, ut liceat complere ſibi fideicommiſſum ex rerum vindicatione, hoc quod in legatis jam dedimus, & ex conſtitutione in rem ei donantes, & fideicommiſſi perſecutionem. unde & cautionem fideicommiſſarius [9] dabit [10] non minus quartam ſervare: niſi & ipſam teſtator, ſicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cum enim ipſe teſtator omnem non fidejuſſionem ſolum, ſed etiam cautionem relaxaverit, nos aliter diſponere, non eſt morientis conjicere voluntatem.

EPILOGUS.

† Hæc igitur ſit cauſis deciſio, ipſi quæ præbuit quæſtionem, & aliis omnibus, in quibus pendere contigerit caſus teſtamentorum quidem factorum, & teſtatorum quippe defunctorum: nondum autem tali locum accipiente fideicommiſſo, ſed adhuc eo qui gravatus eſt, ſuperſtite. Et hæc dicimus non in filiis ſolum, ſed etiam in aliis cognatis & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicommiſſum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifeſta faciat noſtris ſubjectis, ut ſciant quemadmodum competat & vivere eos, & mori, & teſtari, & fideicommiſſa relinquere, & alia agere quæ in talibus ſunt ſancita. Dat. Kalend. Febr. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [11] BASIL. V. C. CONSULE.

TIT. X.

DE PRIVILEGIIS DOTIS [12] HÆRETICIS [13] MULIERIBUS NON PRÆSTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CIX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

UNam nobis eſſe in omni noſtræ reipublicæ & imperii vita, in Deo ſpem credimus, ſcientes quia hæc nobis & animæ & imperii dat ſalutem, unde & legiſlationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere: & hoc eis principium [14] eſſe, & medium, & terminum. Sicut igitur univerſi qui ante nos imperantes, & maxime Leo [15] piæ memoriæ, & Juſtinus [16] piæ memoriæ noſter pater in ſuis conſtitutionibus, hæreticis omnibus interdixerunt, ut neque ulla ipſi participarentur militia [17], neque quodlibet in publicis curis participium haberent, uti ne occaſione militarium & publicorum collegiorum ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ membra viderentur vaſtare: ita & nos ipſi hoc egimus, noſtris conſtitutionibus hoc roborantes. Hæreticos [18] vero & illi dixerunt, & nos dicimus eos qui diverſarum ſunt hæreſium: quibus conjungimus & connumeramus & qui Neſtorii Judaicam [19] ſequuntur veſaniam, & Eutychianiſtas [20], & Acephalos [21] qui Dioſcori [22] & Severi [23] mala ſecta languent, & Manichæi [24] & Apollinaris renovantium impietatem: & ad hoc omnes qui non ſunt membrum ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, in qua omnes concorditer ſanctiſſimi epiſcopi, & totius orbis terrarum patriarchæ [25], & Heſperiæ [26], & Romæ, & hujus regiæ civitatis, & Alexandriæ, & Theopoleos [27], & Hieroſolymorum, & omnes qui ſub eis conſtituti ſunt ſanctiſſimi epiſcopi, Apoſtolicam prædicant fidem, atque traditionem. Igitur ſacram [28] communionem [29] in Catholica Eccleſia non percipientes a Deo amabilibus ſacerdotibus hæreticos juſte vocamus. Nam licet nomen [30] Chriſtianorum ſibimet impoſuerint: attamen a Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei judicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes.

CAP. I.

QUæ igitur de hæreticis prolata ſunt lege, omnibus ſunt manifeſta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes fidem, & eam defendentes, habere aliquod amplius privilegium iis qui alienant ſemetipſos a Dei ovili (quoniam neque [31] juſtum eſt æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri privilegiis) propterea & nunc ad præſentem reſpeximus legem. Quia [32] enim dedimus privilegium mulieribus dotium, ut etiam prioribus [33] creditoribus præponantur, & meliorem ordinem eas habere, & nec a tempore ſuperatas: in donationibus autem propter nuptias ſecundum tempora per quæ fiunt, hypothecas [34] habere, omnibus in præſenti facimus manifeſtum per hanc ſacram noſtram legem, quia & hoc privilegium & tacitas hypothecas, & omnia alia quæ mulieribus omnibus in diverſis privilegiis a noſtris legibus data ſunt, illis damus ſolis quatenus his fruantur, & utantur, & quæ diligentiam habent rectam, & adorandam noſtram fidem tenere (Catholicæ dicimus & [35] Apoſtolicæ Eccleſiæ) & participare in ejus ſalutari communione. Quæ enim ſeparant ſe a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & ſacroſanctam in ea communionem percipere non patiuntur a Deo amabilibus ſacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegiis. Si enim ſe ſeparant a Dei muneribus, & a ſacra communione alienas faciunt: multo potius & nos non eas dignas fieri privilegiis, neque ex noſtris legibus frui permittimus continentia: ſed ſint eis inaggreſſibilia [36] omnino ex legibus beneficia: & omni privilegio ex noſtris conſtitutionibus eis dato privabuntur.

CAP. II.

LIcebit autem eis melioris [37] ſententiæ factis, & rectam veramque amplectentibus fidem, & hac ſemper contentas, talibus perfrui muneribus & privilegiis: his in omni ditione valentibus, atque ſervandis, principaliter quidem a Deo amabilibus epiſcopis & ſacerdotibus,

1 *l. 54. ff. ad SC. Treb.* viceſimo, *l. 3. §. 2. ff. de uſuris.* Goth. Ad hanc Nov. vid. Rittershuſ. *part. 6. cap. 9. & ſeq. & Novell.* 39. Anſ. 2 Ultro, non coactus. 3 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Contra. C. ad SC. Trebell.* 4 Rogatus reſtituere, quod ex hereditate defuncti ei ſupererit, poteſt diminuere ad novem usque uncias, triuncio ſervato fideicommiſſario generali. Numquam igitur deminuere poterit ex tribus illis unciis? Imo poterit, certis tamen caſibus. *verſic. ſi vero. infr. hic.* 5 Rogatus reſtituere, quidquid ei ſupererit ex hereditate defuncti, donare quicquam ex iis bonis non poteſt: excipe tamen quædam genera donationum, de quibus dictum eſt *Nov.* 39. 6 *l. 3. §. 2. ff. de uſuris.* adde *l. 25. §. 16. ff. de hered. petit. l. 14. in fin. l. 15. l. 16. ff. ad SC. Treb.* 7 Rogatus reſtituere *quicquid ei ſupererit ex hereditate defuncti*, non tantum novem uncias ex quavis cauſa, ſed ex tribus reliquis unciis, certis de cauſis, diminuere poteſt. 8 Nota remedia fideicommiſſario generali competentia, ſi triuncium ejus deminutum fuit citra cauſam ab herede: & is alia bona habeat. eo enim caſu fideicommiſſarius aget in ejus bona, ad ſupplementum triuncii, *ut hic:* ſi non habet, res alienata poſſidentibus condicetur. *verſ. ſi vero contigerit. infr. hic.* 9 Id eſt, heres, ut in *l. 51. ff. de judic.* 10 *l. 54. in fin. ff. ad SC. Treb.* Imo, non dabit, *l. 6. §. 1. C. ad SC. Treb.* Res ita eſt: dabit, ſi reſtituere juſſus eſt fratri, non ſi liberis ſuis: niſi juſſus ſit cavere, vel ad ſecundas nuptias tranſierit, vid. Cuj. *ad Novell.* 39. 11 15. ut ſit annus Chriſti 541.

12 Quorum ſit mentio *L. 7. Cod.* 74. 13 De hæreticis, vid. Jul. *conſt.* 102. περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστει γυναικῶν. *Scrimg.* id eſt, de mulieribus fide hæreticis. 14 Orpheus de Deo loquens, ἀρχὴ πάντων τε τελευτή. 15 *l. 9. C. de div. off.* 16 Hæc deſiderantur in titulo Codicis *de epiſcopali audientia*, ſed extant in lib. 57. Baſilicῶν. Cujac. *hic.* poſſis tamen dicere hic intelligi *l. 12. C. de hæret.* Huc & poteſt referri *l. 20. Cod. de epiſc. aud.* 17 *d. l. 20. d. l. 12.* 18 Quinam hæretici, vid. *l. 2. in fin. Cod. de hæreticis.* 19 Id eſt, rebellem. 20 Eutyches Conſtantinopolitanus monachus ſenex, hæreſin ſuam inchoavit, Leo *epiſt.* 10. 11. 19. 70. 21 Acephali dicti fuerunt, quod, qui factionis eorum autor fuerit, ignoretur. *Marian.* vel quod præfectos eccleſiaſticos non admiſerint, vid. Ruſticum Diaconum *adverſus Acephalos*, & nullos conventus, nullos presbyteros, nullos Epiſcopos habuerint, dixi in *Auth. Idem eſt, C. de hæret.* 22 Dioſcorus ſucceſſor D. Cyrilli Alexandriæ epiſcopi, *l. 8. C. de hæret.* de quo vide 1. Euagrii 10. & 2. c. 2. 4. Liberatum *in Breviario cap.* 10. damnatus fuit in Concilio Chalcedonenſi. 23 Severus fuit epiſcopus Antiochenus, fautor Acephalorum 3. Euagr. 33. & 4. *c.* 4. 24 Manes, genere Perſa, ut doctrina infamis, ita & morte. Nam cum filio regis Perſarum liberationem morbi fuiſſet pollicitus, isque poſtmodum moreretur, in carcerem Manes conjicitur: ex quo cum evaſiſſet, retractus, arundine vivus excoriatus eſt, ejusque utrem excoriatum paleis expletum Perſæ multis annis adſervarunt, vide Suidam & Epiphanium. 25 Patriarchæ qui dicantur: nota & ſpeciatim de Romano, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano, adde, de epiſcopo Juſtinianeæ Primæ *Novell.* 131. *cap.* 3. Juſtinianeæ Carthaginis *cap.* 4. quibus idem jus ſuis in provinciis fuit, quod ſuperioribus. 26 Id eſt, Italiæ. 27 Id eſt, Antiochiæ. 28 Hæretici qui dicantur *l. 2. l. 12. C. de hæret.* 29 Fidei ſcil. 30 Auguſtinus *tom. 4. de fide.* Nullum genus eſt exortum errorum, quod ita ſit repertum Chriſtianæ religioni adverſari, quod non affectaverit atque maluerit Chriſti nomine gloriari. 31 Privilegia Chriſtianorum non extenduntur ad hæreticos. vid. *l. 1. C. de hæret. Nov.* 45. *ſupr. hic.* 32 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Item privileg. C. de hæret.* 33 Dotis privilegia duo hic enumerantur: Unum, tacitæ hypothecæ, *ibi*, *& tacit. hypothec. infr. hic.* Alterum, ut ex hac tacita hypotheca dos prioribus creditoribus omnibus præferatur. *ut hic, Nov. 97. c. 3. l. 12. C. qui potior. l. 30. C. de jure dot.* An expreſſam habentibus? Bulgarus, cujus opinio communiter eſt recepta, negat mulierem hypothecam expreſſam habentibus præferri. Putat enim Bulgarus mulierem præferri tantum creditoribus actionem perſonalem & tacitam tantum hypothecam, non etiam expreſſam habentibus, etiamſi mulier expreſſam habeat hypothecam. vid. Hartman. 2. *pract.* 17. Mynſing. 4. *obſ.* 13. Contra Martinus (cujus opinionem veteres Galli ſunt ſequuti) exiſtimat, mulierem tacitæ ſuæ hypothecæ privilegio antiquioribus, expreſſam etiam habentibus, præferri. Eandem opinionem Robertus defendit, ut Juſtiniani verbis & menti magis conſentaneam. 3. *animadv.* 14. Movetur, quod jus privilegii datum ſit mulieri adverſus omnes mariti creditores, licet anterioris ſint temporis privilegio vallati, *l. 12. §. 1. C. qui potior.* Ergo & contra expreſſam habentes: lex enim non diſtinguit. Movetur etiam, quod mulier præferatur creditori, cujus pecunia res empta eſt, cuique nominatim expreſſa hypotheca competit. *Nov. 97. c.* 3. Qui Bulgari opinionem tuentur, volunt mulieri competere privilegium contra omnes creditores mariti anteriores. Omnes, inquam, tacitam tantum hypothecam habentes. Moventur autem his rationibus: quod fiſcus creditor cedat anterioribus creditoribus expreſſam habentibus, *l. 8. ff. qui potior. l. 4. C. qui potior.* ergo & mulier, cum ſit in cauſa pignoris eadem fiſci & mulieris ratio. *l. 2. Cod. de privil. fiſci.* Ad hæc, Privilegio tacitæ hypothecæ mulier dicitur præferri creditoribus poſterioribus expreſſam habentibus, *l. 29. C. de jure dotium.* Ergo a contrario, non præfertur anterioribus. Moventur quoque, quod privilegio Principis jus alteri ſemel quæſitum minui non poſſit, *l. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loco publ. l. 2. C. de precib. imper. l. 4. C. de emancip. liber.* ergo nec anteriorum creditorum expreſſam habentium jus, poſteriore mulieris hypotheca minui poteſt. Poſtremo, non obſtare *Novell. 97. cap.* 3. quæ non id dicit, mulierem præferri creditoribus anterioribus in emptionem agri mutuam pecuniam dantibus, ſed poſterioribus tantum. *d. cap. 3. ibi, veniat creditor poſterior quidem.* Cauſam autem, de qua hic agitur, diverſam eſſe, cum in ea quæſtio ſit: An mulier præferatur anterioribus creditoribus expreſſam habentibus? 34 Tacitas ſc. Tacita dotis hypotheca tacitis prioribus & poſterioribus præfertur: ſed & poſterioribus expreſſis, eo excepto, qui militiæ emendæ cauſa credidit. *Novell. 97. cap.* 4. Expreſſa, ut poſteriores tacitas & expreſſas excludit (eſt enim prior tempore) ita cedit anterioribus expreſſis. *Novell. 97. cap.* 3. & interdum ſoli tacitæ puta uxoris anterioris hypothecæ, vid. *Novell. 91. cap.* 1. 35 Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ epitheta obſerva. 36 Ἄβατοι εὐεργεσίαι. *Scrimg.* id eſt, ad privilegia orthodoxæ eccleſiæ hæretici aſpirare non poſſunt. 37 Pœnitentibus hæreticis indulgetur, adde *Nov. 18. cap. 8. l. ult. in fin. Cod. de ſumm. trin.*

deinde

deinde a noſtris adminiſtratoribus & judicibus, ſive ſint majores ſive minores: & inſuper a tua celſitudine, apud quam & præſentem facimus legem. Unde competens eſt, & judices apud quos aliquæ movebuntur contra mulieres cauſæ, aut a mulieribus quædam privilegia ſibi vindicare volentibus, reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem: & ſi non invenerint eas orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes ſacroſanctam, & adorabilem communionem in ſanctiſſima catholica eccleſia & apoſtolica a venerandiſſimis ejus ſacerdotibus, non permittere frui ex noſtris conſtitutionibus privilegiis.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo cognoſcens, cauſis apud eam motis ſervare, & operi effectuique tradere curet, & per ſolennia edicta & præcepta propria omnibus faciat manifeſta, & in hac feliciſſima civitate, & in provinciis, ut cognoſcant omnes quanta & quæ nobis cura eſt & veræ circa Dominum Chriſtum verum Deum fidei, & noſtrorum ſubjectorum ſalutis. Dat. 2. Kal. Maji, *Conſtantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIV. [1] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XI.

DE NAUTICIS [2] USURIS [3].

NOVELLA CONSTIT. CX.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. ſacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

NOvimus ex denunciatione tuæ celſitudinis, legem feciſſe jam [4] nos de trajectitiis pecuniis, quæ manifeſta facta eſt foro tuo.

CAP. I.

SEd quoniam poſtea aditionibus nobis factis, percepimus legem illam non valere, reſcindi [5] eam ſperantes ex foro tuo: cognovimus autem eam & in quibuſlibet provinciis jam inſinuatam: propterea ſancimus talem legem omnino vacare, & ſi contigerit etiam per provincias eam deſtinari, nec ibi valere, ſed invalidam eſſe. Sicque non volumus cauſam procedere, tanquam ſi nec ſcripta fuiſſet memorata lex: ſed ſecundum de talibus poſitas leges a nobis negotia & æſtimatione & ſententia potiantur.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 6. Kal. Maj. CP. Dom. JUSTIN. PP. Aug. BELISARIO V. C. CONS. [6].

TIT. XII.

HÆC CONSTITUTIO INNOVAT [7] CONSTITUTIONEM, QUÆ PRÆSCRIPTIONEM CENTUM [8] ANNORUM VENERABILIBUS LOCIS DEDERAT.

NOVELLA CONSTIT. CXI.

Imp. Juſt. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

QUod medicamenta [9] morbis, hoc exhibent jura negotiis. Unde contingit, ut nonnunquam a judicio [10] diſcordet effectus, & quod credebat conjectura prodeſſe, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc præſentis etiam neceſſitas ſanctionis, in qua privilegium ex religioſo [11] propoſito ſacroſanctis eccleſiis Dei, & monaſteriis, aliiſque religioſis locis conſtitutione noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum [12] ſiquidem juſſeramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam ſanctionis negotia quidem multa commota ſunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices: ſed eorum ſanitas provenire non potuit, probationum ſcilicet difficultatibus impedita: quoniam *per tantum ſeculi* [13] *magis quam temporis ſpatium*, *nec documentis integritas*, *nec actis fides*, *nec ætas valet teſtibus ſuffragari.*

CAP. I.

UNde quia largitati noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia: cum ratione ſimul ac religione tractantes prædictum privilegium, usque ad poſſibilem modum deducere experimento retraximus, & jubemus in negotiis quæ antehac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſiis, monaſteriis, & xenodochiis, nec non orphanotrophiis, & brephotrophiis, & ptochotrophiis quadraginta [14] annorum præſcriptio conferatur: ſalva ſcilicet circa alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper triennalis [15] ſibi præſcriptio vindicabat: quoniam hanc decem annorum adjectionem ſolis (ut dictum eſt) religioſis locis, eorumque juri vel contractibus indulgemus: ut ſopitæ hoc temporis ſpatio tam perſonales quam hypothecariæ actiones in perpetuum conquieſcant: nihil penitus aliis exceptionibus derogantes: ſed tam in diſtinctis (ut dictum eſt) negotiis religioſis contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus ex centum annorum prærogativam conſtitutio [16] noſtra conſulerat. Si quas plane cauſas ante hanc noſtram conſtitutionem ab eccleſiis cæteriſque ſacris locis ubicunque commotas, judicialis ſententia aut tranſactionum conventio terminavit, nolumus refricari, ſed in ſuo ſtatu manere objecti ſanctionem, quas antehac ſopitas eſſe [17] luſtrorum ſilentio moveri hactenus, aut motas terminari non contigit.

EPILOGUS.

† Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Jun. CP. imperii DN. JUSTIN. perpetuo Aug. Anno XV. BASILIO V. C. CONS. [18].

TIT. XIII.

DE LITIGIOSIS [19] ET DE DECIMA [20] PARTE LITIS [21] AB ACTORE CAUTELA PRÆSTANDA.

NOVELLA CONSTIT. CXII.

Imp. Juſt. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

MUlta quidem de litigioſis tam antiqua [22] legiſlatorum prudentia quam imperialis diſpoſitio promulgavit, ſed in præſenti quidem judices a noſtra clementia petierunt, ut dubietatem diſcernamus, quæ adhuc pro hujuſmodi cauſis in judiciis commovetur, & leges nec non conſtitutiones ſuper his poſitas apertius explanemus: ut jam manifeſtiſſimum ſit quas res vocari litigioſas oporteat.

CAP. I.

Quæ res litigioſa ſit.

IDeoque [23] ſancimus litigioſam dici & intelligi [24] rem mobilem, vel immobilem, ſeſeque moventem, de cujus dominio cauſa inter petitorem & poſſidentem movetur, ſive per judicialem [25] conventionem, aut per preces principi oblatas, & inſinuatas [26] judici, ac per eum adverſario [27] interpellatorie cognitas: in his enim caſibus etiam præteritam conſtitutionem manifeſtandis per hanc volumus obtinere: in qua ſcientes & ignorantes emptores diſcernimus. Et hoc adjiciendum eſſe perſpeximus, ut ſi lite de re litigioſa pendente, pulſatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem ejus velle diviſionem [28] rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat eos hoc agere. Quando enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad heredes pervenerint, non [29] debet alienatio intelligi earum inter coheredes diviſio. Et [30] hoc autem præſenti noſtra lege decernimus, ut ſi contigerit unum per cauſam litigantem, ab humano conſortio recedentem, per ultimam voluntatem res aliquas de quibus dominii dubitatio vertitur, legati [31] nomine cuicunque relinquere: ſi quidem heres judiciali ſententia dominus earum fuerit demonſtratus, tunc legatarius quod ei relictum eſt, modis omnibus conſequatur. Si vero heres in judicio victus [32] extiterit, non [33] habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato heredem exigere: quoniam ſciens teſtator rem litigioſam eſſe, litis eventum [34] legatario dereliquit. Unde damus licentiam legatario (ſi hoc prodeſſe ſibi putaverit) litis participem fieri: ut ne aliquam forte negligentiam ſeu proditionem heredi poſſit objicere. Ab [35] hoc autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari [36] decernimus, & in his hanc diſtinctionem tenere: ut ſiquidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe moventes nominatim [37] fuerint hypothecæ ſuppoſitæ [38], liceat quidem debitori eas, cui & quando voluerit vendere: ſic tamen ut ex pretio earum usque ad debiti quantitatem ſatisfaciat creditori. Si [39] autem hoc debitor non fecerit, damus licentiam creditori, qui rem venditam ſuppoſitam habet, eandem rem vindicare, donec ei ſatis pro debito fiat. Hoc autem præcipimus obſervari,

1 XV. ut ſit annus 541.

2 De nautico fœnore Jul. *conſt.* 103. περὶ τῶν τόκων. Græci hic. 3 Hæc conſtitutio abrogat Novellam 106. Vult enim in nauticis pecuniis non licere centeſimam excedere. Per Novellam centeſimam ſextam, licebat in ſingulos ſolidos denos capere, quæ uſura erat dextans, & hoc amplius imponere in ſingulos ſolidos ſingulos modios tritici vel hordei, pro quibus vectigal debitor navicularius ſive negotiator expendebat: quo adjecto excedebatur ea conventione legitimæ uſuræ modus. 4 Id eſt, *Nov.* 106. 5 Ἀναληφθῆναι quidam vertunt *reſumi.* Haloander vertit *recipi.* Cujacius *revocari.* 6 Id eſt, an. 541.

7 De tempore actionum ſacris locis competentium. *Index Reginæ.* de præſcriptione centum annorum ſublata, quæ ſanctis eccleſiis locisve aliis venerabilibus competebat. Jul. *conſt.* 103. competebat, inquam, ut *Novell. 9. ſupr. & l. 23. C. de ſacroſanctis eccleſiis.* hoc modo abrogentur, reducto veteri jure. *l. ult. C. de fundis patrimon.* In antiquis legibus Caroli & Ludovici ita eſt ſcriptum. Ne X. anni vel XX. vel XXX. annorum præſcriptio religioſis domibus opponatur, ſed ſola XL. annorum curricula: & non ſolum in cæteris rebus, ſed etiam in legatis & hereditatibus. Porro hæc Novella extat inter edicta Juſtiniani quinto loco, Harmenopulus eam *lib. 1. tit.* 3. appellat Novellam, non Edictum. 8 Actiones eccleſiis competentes 40. annis præſcribuntur, ut *Nov.* 131. *cap.* 6. adverſus eccleſias autem ad ſummum 30. annis excluduntur, vid. Cuj. *hic: & 5. obſ. 5. & cap. 31. de præſcript.* Goth. Vid. ad hanc Novell. Rittershuſ. *part.* 11. *cap.* 1. Anſ. 9 Negotia, morbi: jura, medicamenta & remedia. Leo *in procemio Novell.* 1. 10 Ab opinione, ſpe, exiſtimatione, conjectura. 11 Bona intentio & religioſum propoſitum interdum nocet. Bona intentio peccatum non excuſat. 12 Id eſt, *Nov.* 9. 13 Sæculum a tempore ſeparandum. 14 Locis religioſis & eccleſiis actiones pereunt annis 40. Quacunque actione experiatur eccleſia, excluditur quadraginta annorum præſcriptione & ita revocatur jus antiquum. *l. ult. C. de fund. patrimon.* 15 Quæ privatis competunt in eccleſiam actiones, excluduntur præſcriptione annorum 30. vid. Cujac. 5. *obſ.* 5. 16 Id eſt, *Nov.* 9. 17 Id eſt, quadraginta annorum. Luſtrum enim annos quinque continet. 18 Id eſt, anno 541.

19 Jul. *conſt.* 105. & *L. 44. ff. 6. & L. 8. C.* 37. Hodie hic titulus parum eſt in uſu; cum cuivis litigioſa res cedi poſſit, & ceſſione facta, ceſſionarii poſſint agere: ſi tamen a rege literas impetraverint, judici mandantes, ceſſionarium admitti ad litis perſecutionem & in locum cedentis ſubrogari, vitio litigii ceſſionario remiſſo, vid. Imbert. *in Enchirid.* 20 *C. 2. infr.* Goth. Adde Georg. de Cabedo *de decima litis deciſ.* 18. & conciliationem hujus Novell. cum *auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.* & cum *Nov.* 4. vid. Rittershuſ. *part. 3. cap. 2. num. 34. & part. 9. c.* 11. Anſ. 21 *Subaudi* præſtanda a temere litigantibus. 22 *l. 3. ff. h. t. l. 4. C. h. t.* 23 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Litigioſa. Cod. de litigioſis.* 24 Litigioſa res quando dicatur vid. *l. 1. ff. & l. 1. Cod. de litig.* 25 Seu judicialem admonitionem. Jul. *hic.* 26 Intimatas. *Jul.* ἐμφανισθείσας τῷ δικαστῇ *Græci hic*, ſic ἐμφάνισις διαθήκης. *Nov. 131. cap.* 12. inſinuatio teſtamenti & ἐμφανιστικὰ inſinuativa. *Nov. 50. & 123. c.* 3. hoc eſt, honoraria pro inſinuatione dari ſolita. 27 Id eſt, reo. 28 Litigioſæ res dividi poſſunt inter heredes, *l. 4. in fin. Cod. h. t.* 29 Diviſio inter coheredes, alienatio proprie non eſt, nec enim alienat, qui dividit, Jul. *hic.* Nam qui alienat, rem ſuam transfert: is autem qui accipit, rem quæ fuit alterius, nec antea ſuam accipit. At qui ex diviſione accipit, rem ſuam recipere videtur. 30 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Nunc ſi heres. C. de litigioſis.* 31 Litigioſa res legari poteſt. 32 Ordo litigandi hic eſſe poteſt, Re litigioſa legata (dic idem, ſi donata eſt aut ſi titulo aliquo lucrativo tranſlata eſt,) ſi nondum ea legatario tradita eſt, ſed penes heredem extat, heres conveniendus eſt, poteſt tamen legatarius adeſſe judicio, ut nulla negligentia vel colluſio ab herede committatur, *ut hic.* Si jam tradita eſt & heres & legatarius ſint actori præſentes, æquum videtur, diſcutiendum primo heredem, *Auth. hoc ita ſi debitor. C. de pignorib.* multo magis, ſi litem cum eo actor fuerit conteſtatus: adeo ut iniquum videatur, dimiſſo aut relicto herede, in legatarium experiri, *l. 30. ff. de judic.* niſi forte actori rei vindicatio, *l. 9. in fin. ff. de rei vind.* aut hypotheca ſpecialis competat. *verſic. Si autem hoc debitor. infr. hic.* Quid ſi poſſidens ex cauſa legati convenitur? auctoris ſui heredes laudare non poterit, *l. 2. Cod. de evictionib.* & ſententia ſecundum actorem lata jus non habebit, rem aliam ab heredibus petendi, *ut hic*, quod olim non fuit, ut *infr. dicam.* 33 Olim litis æſtimatio præſtanda erat legatario, *l. 3. 4. Cod. h. t.* 34 Litigioſam rem qui ſciens legat, litis eventum legare intelligitur, non autem id velle, ut ea evicta ab heredibus, res alia legatario præſtetur. 35 Nec cogitur eo caſu actor aut heres denunciare litem legatario, poteſt etiam legatarius eo caſu condemnato herede appellare. 36 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Hoc ita. C. de pignorib.* 37 Ὀνομαστί. Nominatim res obligari dicitur, quæ ſpecialiter obligatur, non quæ traditur. 38 Aliud eſt, rem hypothecæ ſubjectam, aliud litigioſam eſſe. Litigioſam enim rem non facit de hypothecis quæſtio. Jul. *hic.* 39 Pignus ſpeciale debitor poteſt vendere, *l. 6. ff. de pign.* Si tamen ex ejus pretio non ſatisfit creditori, non cogitur creditor debitorem diſcutere, licet enim ei pignus vindicare a poſſeſſore, & hunc ſenſum puto veriorem eſſe, quanquam alii hæc verba

ſi

ſi [1] non forte ante, aut per generalem aut per ſpecialem nominatim hypothecam eadem res aliis fuerit creditoribus obligata: tunc enim ſecundum ſacrarum noſtrarum legum tenorem temporum [2] privilegia unicuique creditorum ſervari decernimus. Ex quo jam claret quod generales hypothecas multo [3] magis litigioſi vocabulo nolumus contineri: ſed earum actiones ſecundum veterum legum conſtituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigioſis, & ſpeciali nec non generali hypotheca diſpoſuimus, ut jam nulla de his in judiciis dubitatio generetur, ſed ſecundum diſtinctionem hujusmodi certamina terminentur.

CAP. II.

De cautione quæ ante reorum citationem præſtari debet ab actore.

AD excludendas autem calumnioſe moventium intentiones, & executorum fraudes, aliud invenit providentia noſtra remedium. Sancimus [4] enim omnes judices, ſi quando aliquos teneri [5] vel [6] amoveri voluerint, hanc conditionem in ſuis interlocutionibus [7] adjicere, *ut non aliter conventionales libelli pulſatis porrigantur, aut ſportulæ* [8] *executoribus dentur, niſi prius & in libello actor per ſe, aut per* [9] *tabularios ſubſcripſerit* [10]*: & actis intervenientibus fidejuſſorem* [11] *idoneum periculo competentis officii præſtiterit, confitentem quod* [12] *usque ad finem litis permaneat, & ſuas intentiones aut per ſe aut per legitimum procuratorem exerceat: & ſi poſtea fuerit approbatus injuſte litem moviſſe ſumptuum, & expenſarum nomine decimam* [13] *partem ejus quantitatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtituat.* Si [14] autem dixerit non valere fidejuſſorem dare: tunc apud judicem a quo cauſa examinanda eſt ſanctis propoſitis Evangeliis per ſacramentum hoc ipſum affirmet, & ſic [15] juratoriam [16] cautionem exponat, & per eam hæc quæ ſuperius dicta ſunt, profiteatur. §. 1. Si vero non hæc omnia quæ prædiximus, ſecundum ante latum modum proceſſerint, nullatenus pulſatum reſponſum facere executori concedimus. nam ſi citra memoratam diſpoſitionem, aut aliquis judicum, aut officium ejus, vel quilibet executor negotii aliquem convenire præſumpſerit: judex quidem & officium ejus denarum [17] librarum auri pœnam ſuſtinebit: ipſe autem executor negotii & confiſcationem ſuæ ſubſtantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis rerum privatarum exigenda, & noſtri fiſci juribus [18] inferenda. Omne autem diſpendium quod pulſatus ex hac conventione præter tenorem noſtræ legis factum perpeſſus fuerit, ex petitoris ſubſtantia pulſato reſarciatur periculo judicis, cujus ab executore detentus eſt, necnon & officii, quod ejus juſſionibus obſecundat, ut undique noſtro imperio ſuperna majeſtate ac divinitate crediti, pro ſua indemnitate lætentur. Cauſas vero quæ ex conſenſu utriusque partis in judicio moventur, a pœna hujus conſtitutionis liberas eſſe decernimus: & ſicut aliis noſtris continetur conſtitutionibus terminari.

CAP. III.

Ut [19] *poſt annum & tria edicta in actorem contumacem ſententia feratur* [20].

OMnem [21] vero cauſarum finem volentes celeriter pervenire, illorum malignitatibus obviamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere judicium, dicentes legem [22] eſſe, quæ decernit *neminem* [23] *actiones ſuas exercere nolentem compelli.* Et hanc igitur pravitatem extinguere feſtinantes, jubemus memoratæ legis auxilio non [24] eos uti, qui contra aliquem ſuas propoſuerint actiones: ſive per judiciariam conventionem, ſive per preces principi oblatas, & judici inſinuatas, & per eum ad ſcientiam adverſarii deductas, vel ſub legitimi judicis cœptas examine. Injuſte enim agere recuſat, qui paratus [25] adverſarium ſuum ad judicium vocavit: cum excuſatio hæc pulſato magis quam actori conveniat. Quamobrem ſancimus *actorem* [26] *cœptum negotium usque ad finem litis exercere.* Si vero cauſam proſequi diſtulerit: damus pulſato licentiam, judicem apud quem lis cœpta eſt poſtulandi: ut ab eodem judice actor ad judicium aut per ſe aut per legitimum procuratorem venire moneatur: & ſi hoc minime fecerit, propoſitis tribus vocetur edictis: unaquaque cautione non minus quam triginta [27] dierum ſpatio concludenda. Jubemus enim ordinarios [28] judices non ſolum præconum [29] vocibus, ſed etiam edictis [30] propoſitis quamcunque litigatorum partem abſentem in judicium vocare. Vocem enim præconum pauci poſſunt qui præſentes inveniuntur, audire: edicta vero per multos dies ſic poſita poſſunt pene omnes agnoſcere. Aliis autem omnibus judicibus qui per imperialem juſſionem cauſas examinant, ex præſenti lege permittimus partes quæ in judicio non permanent, propoſitis edictis vocare, ne cauſæ infinitæ permaneant.

§. 1. Si vero apud judicem initium [31] lis non acceperit, ſed tantum conventionali libello quicunque pulſatus eſt, aut precibus noſtræ oblatis clementiæ: juſſio noſtra ſuper hoc prolata, ſive ſcriptis, ſive per mandata judici fuerit intimata, & ea adverſario per eum cognita: etiam ſic licebit pulſato ire ad competentem judicem & per eum ſuum adverſarium ſimili modo vocare: ut ſiquidem ſui præſentiam actor fecerit, cauſa ſecundum legum ordinem examinata finem legitimum ſortiatur.

§. 2. Si vero propoſitis edictis vocatus ad judicium venire, & ſuas intentiones aut per ſe aut per legitimum (ſicut dictum eſt) procuratorem proponere noluerit: tunc & aliud unius [32] anni ſpatium ei concedimus: intra quod, niſi ſuam intentionem fuerit proſecutus, damus licentiam judici, & abſente adverſario, partis permanentis allegationes ſecundum noſtras leges examinare: & veritate ſubtilius requiſita, legitimam [33] proferre ſententiam. Si vero intra prædictum anni ſpatium venerit: & ſuas intentiones exercere voluerit: jubemus judicem modis omnibus expenſas vel ſumptus quos propter litem pulſatus permanens in judicio ſuſtinuerit, ante omnia exigere actorem, & pulſato dare: & ſic actorem permanere: donec cauſa finem ſecundum leges accipiat. Nam ſi tantummodo venerit, & expenſis ſive ſumptibus datis ſolum annale tempus interrumpere voluerit, & iterum a judicio recedens, usque ad exitum cauſæ non permanſerit: jubemus eum poſt prædictas edictorum & annalis ſpatii obſervationes ab omni cadere actione, quam ſibi competere contra pulſatum exiſtimabat. *Deterior namque dolus ejus agnoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel acceptam dereliquit.* Legis autem privilegio, quæ nolentibus non imponit neceſſitatem proprias actiones movere: illis [34] tantummodo uti concedimus, qui nullam ſecundum prædictos modos adverſario moverint quæſtionem.

EPILOGUS.

† Hæc autem omnia obtinere decernimus in cauſis quæ necdum vel judiciali ſententia, vel amicabili conventione, vel alia juri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodote [35] parens chariſſime atque amantiſſime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua præſentem noſtri numinis legem in perpetuo valituram edictis in hac regia urbe propoſitis, & præceptionibus in univerſis provinciis ſub tua conſtitutis juriſdictione directis faciat manifeſtam: ut omnes ea quæ pro utilitate eorum ſancimus, a ſe cuſtodienda cognoſcant. Dat. 4. Idus Septembr. CP. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. [36] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XIV.

IN [37] MEDIO [38] LITIS NON FIERI [39] SACRAS [40] FORMAS AUT SACRAS JUSSIONES: SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI.

NOVELLA CONSTIT. CXIII.

Imp. Juſtin. Aug. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

OMnia ſecundum [41] noſtras leges agi volentes, & harum virtutem ſervari ſtudentes, perſpeximus præſentem ſcribere legem, ad ipſarum legum obſervationem. Agnovimus enim quoniam quidam judicum volentes eis qui cauſas dicunt, tergiverſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequenter, dicentes quod ſacræ formæ aut ſacræ juſſiones aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquam diſponentes, quemadmodum oporteat negotium examinari aut judicari.

CAP. I.

ET propterea ſancimus, ut dum lis examinatur, ſive in pecuniariis, ſive in criminalibus, aut aliis quibuscunque emergentibus cauſis apud

alio referant, ad eum ſcilicet caſum, quo diſcuſſis bonis debitoris creditori non fuerit ſatisfactum, & male: cum hic permittatur creditori hypothecario, quo caſu res ſpecialiter ei obligatæ venditæ alteri fuerint, nec earum ex pretio ſatisfactum ei fuerit. Non dicitur autem ex aliarum pretio. Et in eo differre ſpecialem hypothecam a generali dixeris, quod certis caſibus, jure prioris ac ſpecialis hypothecæ, protinus poſſeſſorem ſequi poſſis, etiam non diſcuſſo principali, ex generali autem ſemper ſit diſcutiendus principalis prius quam poſſeſſor: idque non tantum natura ſpecialis hypothecæ, ſed & ſuperiora illa verba a Triboniano interciſa & detruncata *in his hanc diſtinctionem tenere ſupr. hic* evidenter oſtendunt.

1 Specialis hypotheca prior tempore, alii ſpeciali tempore poſteriori, præfertur. [illegible]

fidejuſſorem reperire non poteſt, vid. *l.* 26. *C. de epiſc. & cleric. l.* 12. *C. de prox. ſacr. ſerin.* 17 Pœna denarum librarum injuſto executori impoſita. 18 *Al.* viribus, vide quæ ſcripſi *Novell.* 144. *in fin.* 19 Si admonito reo, judicium deſeruerit actor. 20 Vide Novell. Leon. 108. 21 Hinc ſumpta eſt Authentica, *qui ſemel. C. quomodo & quando judex.* 22 *l. un. C. ut nemo invitus agere.* 23 Invitus nemo agere cogitur: *ut hic.* vid. tamen finem hujus capitis & *l. diffamari.* 5. *C. de ingenuis manumiſſ.* 24 Qui ſemel adverſus alium egit, actionem continuare cogitur, ideoque regula, *ut nemo invitus agere cogatur*, non pertinet ad eum, qui agere cœpit: adde *l.* 5. *Cod. de ingen. manumiſſ.* 25 Eſt enim in arbitrio actoris agere velit, necne: Neceſſitatis vero in reo, excipere. 26 Actor cœptum negotium ad finem usque litis exercere debet. 27 Olim 10. dierum. *l.* 69. *ff. de judiciis: l.* 13. [illegible]

judices, ſive hic, ſive in provinciis, neque [1] pragmaticum typum, neque aliam præſcriptionem, neque ſacram noſtram quamlibet ex ſcripto aut non ſcripto juſſionem aut diſpoſitionem in hac regia civitate ſpectabilium noſtrorum referendariorum [2], aut alterius cujuslibet, diſponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut judicare negotium: inſinuare judicantibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundum generales [3] noſtras leges cauſas examinari & decidi. Quod [4] enim in legum poſitum [5] eſt poteſtate, non egebit aliqua extrinſecus [6] diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium, apud judicem jam dictum, aut antequam hoc principium ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrum judicium diſponere & dicere: hoc nequaquam alerius judicis egebit judicio. Sicut enim a nobis per ſacrum (ſicuti dictum eſt) judicium diſpoſita aut deciſa, non [7] egebunt aliorum examinatione, aut judicio, aut retractatione [8] aliqua: ſic nos (quibus Deus ſanciendi poteſtatem donavit) ſi aliquod judicium in quolibet negotio protulerimus, non alii judici hoc committimus ſive per formas, ſive per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, quomodo convenit hoc negotium examinari aut judicari: utpote quia a nobis ſemel judicatum eſt, quod retractari a nullo valeat: his videlicet tenentibus, quando ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si [9] vero aliqua dubitatio judici de aliqua fiat lege: nunciet ad noſtram poteſtatem, & a nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem. §. 1. Si vero dum cauſa dicitur, pragmatica noſtra forma, aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cujuslibet, aut aliud aliquid horum quæ dicta ſunt omnium, judicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam, jubemus judicem quidem omnino non reſpicere: ſed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem ſecundum generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit judex, decem librarum auri eum ſubjacere pœnæ: ut etiam aliam noſtram majorem indignationem experiatur: eidem pœnæ ſubjecto & eo, qui præſumet talem aliquam dictare formam, & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionem facientibus ſpectabilibus noſtris referendariis. Et hæc dicimus ſive [10] ex ſacra noſtra ſanctione judicare quiſpiam deputatus eſt, ſive ex præcepto judiciali, ſive ſecundum arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit: ſive ſcripto, ſive ſine literis. Sed vel ſi quis judicum propriam deſpiciens ſalutem ex aliquo tali præſumpſerit ſententiam proferre: hanc ita infirmam [11] eſſe volumus, ut neque appellatione indigeat, neque ex compromiſſo inferatur pœna. Nos enim omnes judices ſecundum generales noſtras leges examinationes & ſententias ferre volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque judicialis quælibet valebit juſſio extra quod ordinatum eſt hac noſtra lege.

CAP. II.

SUper hoc autem & illud judices noſſe opus eſt, quia competens eſt eos, & quæ [12] adhuc & nunc moventur quæſtiones, ſecundum generales determinare leges, vel ſi quiſpiam præceſſit impetrans [13] ſanctionem, diſponentem judicantis examinationem, aut ſententiam. Ei enim qui tale aliquid impetravit jam, ſententiamque definitivam nondum promeruit, nihil ex iis quæ impetravit, prodeſſe volumus. Si enim ſemel pervenit ſententia definitiva [14] data: nequaquam hanc ex noſtra hac perſcrutari lege jubemus: licet appellatio ſubſecuta ſit, aut retractationis eſt aliqua ſpecies contra ſententiam. Eam autem juſſionem, quæ non diſponit quidem judicantem, aut judicare futurum, quomodo oporteat quæſtionem fieri, aut judicium inferri: cauſam vero fini [15] ſtudioſe tradi legitimo vult: aut actorum imponet editionem, aut judicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul [16] alium judicem ſecundum noſtras præſtitutas leges; & fieri, & valere, & ſcripto & ſine ſcriptura non prohibemus.

CAP. III.

UT autem omnes noſtri ſubjecti & maxime qui litibus atteruntur, noſtram pro ſe noverint providentiam, & nullus hanc ſacram noſtram circumveniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: ſancimus in unoquoque negotio initium apud judicem accipere ex procemiis [17] mox, & ante ipſam perſonarum firmationem [18] inſcribi eam, & monumentorum fieri partem: ſic enim geſtis præfulgens prohibebit ea quæ præter ejus virtutem tentantur circa eam, & circa ipſam forſan perſonarum firmationem [19]: & prævaricari eam nitentibus per multa interminata refrenabit a talibus eos præſumptionibus, & propriis tempus non ſinet fieri pœnis. Ut enim iniquitatem ſimul & injuſtitiam per omnia expellamus, propterea præſentem poſuimus legem, undique eam, & per eam alias cautas & incircumveniendas cuſtodientes reipublicæ leges, ſecundum quas & nos ipſi imperium, quod Deo dante ſuſcepimus, cuſtodire, noſtramque rempublicam ab his legibus muniri ſemper optamus.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo ſervare quidem ſtudeat, omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac feliciſſima civitate, præceptis autem ſolennibus utens ad provinciarum præſides, ut omnes homines ſciant eam quam ſuper eos habemus providentiam. Dat. 10. Kal. Decembr. CP. DN. JUSTIN. PP. Auguſt. Anno XV. [20] BASILIO V. C. CONS.

TIT. XV.

UT [21] DIVINÆ [22] JUSSIONES SUBSCRIPTIONEM [23] HABEANT GLORIOSISSIMI QUÆSTORIS.

NOVELLA CONSTIT. CXIV.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

NOſtræ ſerenitatis ſolicitudo remediis invigilat ſubjectorum, nec ceſſamus inquirere, ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum. ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad univerſorum utilitatem pertinere perſpeximus, ſi ſacras etiam juſſiones cum competenti jubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri.

CAP. I.

NAm [24] præſenti lege decernimus, nullam divinam juſſionem neque per viri magnifici quæſtoris adjutores, neque per aliam cujuslibet militiæ aut dignitatis aut officii perſonam, cuicunque judici confectam, a quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quæſtoris [25] annotatio ſubjecta non fuerit, qua contineatur *& inter quos, & ad quem judicem* [26]*, vel per quam fuerit directa perſonam:* quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientibus judicibus vel adminiſtratoribus univerſis, quod ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint juſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubjecta annotatio, mulcta viginti librarum auri, & officium eorum ſimili pœna plectetur: quibus jubemus ſi qua talis juſſio ad eos pervenerit, mox ad prædictum virum magnificum quæſtorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deſtinare: ut in eum vindicta procedat, quam in falſarios jura noſtra conſtituerunt, Theodote, parens [27] chariſſime, atque amantiſſime.

EPILOGUS.

† Quam legem perpetuo valituram celſitudo tua ad univerſorum faciat pervenire notitiam.

Ejusdem breve argumentum.

Omnis ſacra juſſio quæſtoris ſubſcriptionem [28] habeto: & quibus de rebus publicetur qualemque judicem det, manifeſtator. Non repugnat quod jubetur, omne principis reſcriptum principis manu omnino ſubſignari debere. Nam præſens conſtitutio non tollit & abrogat quod in Cod. [29] dictum eſt, ſed addit quod hic ſtatuitur, videlicet quæ a principe ſubſignari non oportet [30].

TIT. XVI.

UT [31] CUM DE APPELLATIONE COGNOSCITUR, SECUNDUM ILLAS LEGES DEBEAT JUDICARI, QUÆ TEMPORE [32] LATÆ SENTENTIÆ OBTINEBANT: NON SECUNDUM EAS QUÆ POSTEA PROMULGATÆ SUNT: ET DE ALIIS CAPITULIS.

NOVELLA CONSTIT. CXV.

1. Ut cum de appellationibus, & retractationibus, & relationibus judicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controverſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatæ ſunt. 2. Si altera litigantium pars renunciet ſe allegationibus contentam fore, altera vero differat, quaſi non contenta, judex dato unius, & item alterius, & tertii menſis dilationem, his autem præteritis non amplius expectato, ſed proferto ſententiam. 3. Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter filiis objici poſſint a parentibus. 4. Quæ rurſum cauſæ ingratitudinis, rationabiliter poſſint parentibus objici a filiis. 5. Ut lugentes, & qui genere illis proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diem prehendantur vocenturque in jus. 6. De conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus, ſi quis ita pecuniam conſtituat aut ſpondeat, ſatis tibi facio, aut ſatis tibi fiet a me, & hoc & illo: aut ſatis tibi fiet a me, aut hoc aut illo.

Imp. Juſtin. Auguſt. Theodoto orientalium ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PErvenit ad ſcientiam noſtræ ſerenitatis, quod cum inter Euſtathium virum reverendiſſimum Tholonæ [33] civitatis Epiſcopum, & Piſtum, diaconum eccleſiæ Thelmiſſenſis [34] fuiſſet cauſa commota, proceſſit a rectore provinciæ definitiva ſententia, contra quam appellatio eſt porrecta. Judices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecundum leges quæ obtinebant, quando proceſſit definitiva ſententia, an ſecundum tenorem illius legis, quæ poſt definitivam ſententiam a nobis promulgata eſt, eandem cauſam examinare deberent. Nos itaque juſtum eſſe perſpeximus, ſecundum leges quæ obtinebant tempore latæ ſententiæ prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſecundum ipſas accipere. Prævidimus autem & poſt hanc ſi quandocunque dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare.

1 Non ex juſſione principis, pendente lite, impetrata judicandum eſt. 2 Referendarii interdum nunciabant judicibus, quemadmodum litem finiri vellet princeps. 3 Γενικοὺς νόμους appellant Græci. Sic & *d. l. Eclog. ut &* Harmenop. 1. *tit.* 1. §. 47. τὰ κοινὰ καὶ ἐν γένει καὶ ἐπὶ πάντων ὠφελείᾳ νενομοθετημένα, adde *Novell.* 82. & *l. ult. Cod. ſi contra jus vel utilitatem publicam.* ubi dixi. 4 *l.* 1. §. 4. *ff. ad SC. Turpill.* 5 Κείμενον *Synopſ. ibid.* quod ex legum autoritate decretum eſt. 6 Id eſt, aliunde petita. 7 Appellari a ſententia principis non poteſt, nec ab ea fit retractatio, interdum tamen princeps minoribus indulget reſtitutionem adverſus eam ſententiam, quam ipſe dixit. *l.* 18. *ff. de minoribus.* Poteſt & quod vulgo dici conſuevit, a principe dormiente ad ipſum vigilantem appellari, qua de re vide exemplum, apud Plutarch. in Apophtheg. ubi de Philippo rege. 8 Ἀναψηλαφήσεως, *Novell.* 82. *cap.* 12. *in fin.* 9 Hoc abrogatur *Nov.* 125. *c.* 1. 10 Judices dantur, vel a principe, vel a magiſtratu: eliguntur a litigatoribus. 11 Sententia ex reſcripto lata, non ex legibus, ipſo jure nulla eſt: & ex compromiſſo, pœnæ promiſſio non eſt, *l.* 10. 11. *C. de judic.* 12 Leges interdum formam dant pendentibus negotiis. 13 Ambitioſis ex reſcriptionibus non judicatur. Jul. *hic.* Ambitioſa ſunt ad gratiam compoſita: κολακικά, adulatoria, per adulationem impetrata. 14 Finita negotia reſcripto non ſunt revocanda. Finitum dicitur, quoties definitiva ſententia lata eſt: quamvis appellatio aut retractatio in eam ſperetur. Jul. *hic.* 15 Etiamſi hæc lex vetat reſcripta a principe impetrari: non tamen vetat id genus reſcripti, quo jubentur judices ſine dilatione vel mora cauſas dirimere, vel ſecundum leges judicare, vel acta litigatoribus edere, vel cum alio judicare, *l. ult. C. de mand. princ. l.* 2. *C. ut lite pendente.* 16 *d. l.* 2. 17 Id eſt, ab initio. 18 Firmatio perſonarum, ſatisdatio, §. 3. *Inſt. de ſatisd.* 19 Id eſt, ſatisdationem, Ṡ. *hic.* 20 Id eſt, anno 541.

21 Fuit hæc conſtitutio Latina, ut & *Nov.* 65. & 143. 22 De ſacris juſſionibus, *Index Reg.* divinas, intellige imperatorias, hoc enim titulo Juſtinianus ſibi blanditur, ut & quidam Epiſcopi, ſanctitatis nomine. Sic divina beneficia *l.* 5. *in fin. C. de diverſ. reſcr.* ſacri affatus, *l.* 6. *d. tit.* oracula *l.* 7. *d. t.* 23 De his verbis *Quæſtor legi*, vide conſtitutionem Juſtini de filiis liberarum, *infra.* 24 Hinc ſumpta eſt Authent. *Glorioſiſſimi. C. de div. reſcr.* 25 Cancellarius apud Gallos appellatur. 26 Forma divinæ ſeu Imperatoriæ juſſionis. 27 Solent Galliæ reges hac formula uti ad judices, *A noſtre aimé & feal*, vid. *l.* 17. *ff. de jure patron.* adde Papon. 3. *Notar.* 5. *des termes en reſcripts d'aimé & feal.* 28 Subſcriptio quæſtoris his verbis fiebat, *Quæſtor legi. ut* Ṡ. *dixi.* 29 *l.* 3. *l. pen. C. de diverſ. reſcript.* 30 Cujacius hanc ſubſcriptionem addit, Dat. Kal. Novemb. C. P. Juſt. P. P. Auguſt. anno XVI. Baſil. V. Coſ. Is eſt annus 542.

31 Jul. *conſt.* 107. 32 Punitur tamen reus ea pœna, quæ obtinebat tempore delicti commiſſi non ſententiæ, *leg.* 1. *ff. de pœnis.* In æſtimatione Falcidiæ, in bonæ fidei judiciis tempus rei judicatæ: in ſtricti juris judiciis, litis conteſtatæ tempus ſpectamus, *l.* 3. §. 2. *ff. commod.* 33 Τλῶ πόλεως, eſt autem Tlos civitas Lyciæ, 5. Plin. 27. & Ptol. a Tlo Tremili & Praxidicis Nymphæ filio. vid. Stephan. *lib. de urbibus in* Τλῶς. 34 Telmeſſos urbs maritima Lyciæ. Plin. *d. l. Ptol.* Strabo. aliis Cariæ. *Stephanus in* τελμισσός.